

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Michaelis Ritii Neapolitani De regibus Francor[um] lib. III**

**Riccio, Michele**

**Basiliae, 1517**

Gvidoni magno franciae cancellario, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270905](#)

# GVIDONI MAGNO

FRANCIAE CANCELLARIO, SVMMI SPLEN  
DORIS EQVITI, IVRIS HVMANI DI/  
VINIQVE CONSULTISS. MICHAEL  
RITIVS NEAPOLITANVS IVRIS/  
CONSULTVS, ET SACROSAN  
CTI POTENTISSIMIQVE  
GALLORVM REGIS  
A CONSILIO FE  
LICITATEM.



VVM nuper a patria profugus iniquitate tem-  
porū, plus ocij nactus essem q̄ uelim, cœpisssem/  
q̄ Romæ mecum metipse cogitare, cur olim felix il-  
la Campania nunc extreme misera, Campanæ/  
q̄ fines attributi, diu multumq̄ exterarum gentiū bellis at-  
terant, unde Gallis, Hispanisq̄ & Pānonibus, interim Ger-  
manis, acerrimi certaminis harena quædam fuerit, utrū soli  
bonitate & fato hoc acciderit, ut ab re non fingantur, inde gi-  
gantes æditi, uel alia de causa, quæ sit in obscurō, ueteres hi-  
storias excussi, si quæ præsertim Regum stemmata, gradus  
q̄ cognitionis exequuntur, ut quoquisq̄ iure contenderit,  
inuenirem. Quumq̄ res ob ingentē uoluminū (quod te nō  
fugit) enormitatem præterq̄ lectu laboriosa, uix animo  
certe complecti posse uideretur, operæ pretium facturū pu-  
taui, si quis ad concinnum breuiarium, compendiosamq̄ re-  
digeret epitomen. Itaque probato consilio, prouinciam mi-  
hi capessendam ratus, enixe studui, nihil non ex fide trade-

a 2 re. Sicubi

EPISTOLA NVNCVPATORIA:

re. Sicuti uariat̄ opiniones, aut uacillat̄ historia, in ijs publi-  
cam, receptioremque sententiam, sum securus, ut si quando  
te uel ordinis tui cæteros, quibus aut nūc̄, aut raro datur a  
grauissimis reipu. curis aliqua remissio, eadem cognoscendi  
libido incesset, longas rerum ambages indagare necesse nō  
habeant, sed exiguo labore uoti compotes animum leuent.  
Quoniam uero nostri Reges a Francorum, Hispanorumq;  
regia antiquitus habent originem, seçp Hierosolymorum  
reges appellant & Vngariae, paulo altius ab ipsis incunabu-  
lis, institutioneque utriusque gentis regum repetendum exi-  
stimaui, & ab ijs ad Hierosolymitanos, indeq; ad reges Ne-  
apolis & Vngariae stilum cōuertere. Quas nostras lucubra-  
tiunculas, cui potius nuncuparem quam tibi, quem nihil  
æque delectat, ac res a maioribus bene, fortiterque gestas,  
euenterusque, & uarios eorū casus cogitatione repetere, exem-  
pto Macedonis Alexandri, qui quom perlustraret Ilium,  
citharaque Paridis uisenda offerretur, Achillis inquit mal-  
lem, qua ille Heroum pulcherrima facta canere solitus est.  
Maxime (quæ tua est humanitas) quom me summo pro-  
sequaris affectu, cupiamque posteris hoc exiguo licet mune-  
re testatum, quam obnoxius amplitudini, uirtutiq; sim tue-  
teque non magis hæc animo facilis amici, quā censoris acri  
iudicio lecturum confidam. Quod, ut alij quoq; faciant eti-  
am, atq; etiam petimus. Itaq; uir ornatissime rem per se mo-  
dicam compensabis (ut nostra soles) egregia uoluntate,  
quam in me nunq; desyderabis. Vale ex urbe Roma Ca-  
lend. Octobris. M. D. V.